F. THOMAS A CHAVES, DOMI-

nicanus candido le-ctori ſalutem.

SVperioribus annis exciderat nobis(Candide lector,) potius quàm æditus fuerat Commentariolus, quo in Compendium redactæ erant obſeruationes inclyti præceptoris mei fratris Franciſci Victoriæ, re, & fama ſuper æthera noti, in quartum librum Sententiarum, quem ego attenta cura, & magna auiditate ex ore dicentis & prælegentis, exceperam, mihi ipſi ut theſaurum eximium ſeruaturus. Quem tamen poſtea paſſus ſum communicari Reipublicæ, id quod factum fuit alienis manibus potius quàm no-

SVMMA SACRAMENTO-RVM ECCLESIAE.

DE SACRAMENTIS in Genere.

QVIA (ut ait Cicero officiorum primo) Omnis qui re aliqua inſtituitur ſermo, debet à diffinitione proficiſci, ut intelligatur qui ſit, id de quo diſputatur. Diffinitio autem ſecundum eundem Ciceron. debet eſſe breuis, & dilucido oratio, naturam rei exponens. ob id.

QVAERITVR, in primis, quid ſit ſacramentum? Auguſti. lib. decimo de ciuitate Dei, ſic diffinit. Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum. Hæc diffinitio habetur de conſecra. diſtinc. 2. cap. ſacrificium. Hæc eſt etiam prima diffinitio earum, quas Magiſter Sententiarum ponit in 4. diſtinct. 1. & S. Thom. 3. p. quæſtio. 60. artic. 2. Vbi aduerte, quod quando dicit, ſacræ rei, non intelligitur quælibet res ſa- 1

Sacramētum quid ſit.

De ſacramento baptiſmi tractat Magiſt. 4. diſtin. tertia, & dicit, quod baptiſmus eſt ablutio exterior corporis, facta ſub forma uerborum præſcripta, & determinata, tractat de hoc ſacramento. S. Thom. 3. p. q. 66. Tractatur etiam de baptiſmate, in Concil. Floren. Et abunde ſatis in Conci. Trid. Seſſione. 7. de baptiſmo, per Canones quatuordecim.

DVBITATVR, quando fuit inſtitutus baptiſmus? Vtrum ante Christi paſſionem, uel poſtea? Reſp. per duas propoſitiones, prima. Certiſſimum eſt q fuit inſtitutus à Chriſto ante paſſionem. Patet hoc Ioann. 3. ubi expreſsè habetur, q Chriſtus baptizabat. Et Ioannis 4. declaratur quo-